Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



sanguinem eius altaris circumfundent
et offerent de pacificorum hostias.
sacrificium domino. adipem. et cau
dam totam cum renibus. et pinsue
dinem que operit uentrem atque
omnia intestina. et utrumque renculum
cum adipe qui est iuxta ilia.
Et reticulum iecoris cum renunculis. et adolebit ea sacerdos super altare in pabulum ignis domino. Si capra fuerit oblatio
et obtulerit eam domino. ponet
manum suam super caput eius. Immolabit eam in introitu tabernaculi testimonii. et fundent filii israel
sanguinem eius altaris circumtorquebunt. et ex ea in pabulum ignis domino
offerent. adipem qui operit uentrem. et
qui tegit omnia intestina. duos renunculos cum reticulo quos est super
eos iuxta ilia. et arunculam iecoris cum
renunculis. adolebit eam sacerdos
super altare in alimoniam ignis. et suauissimum odorem domino.
omnis adeps domini
erit iure perpetuo in generationibus eorum
cunctis. et omnibus habitaculis uestris. ne
ad ipsum nec sanguinem omnino co

Locutus est
dominus ad
moysen dicens. Loquere
filiis israel. anima cum peccauerit
per ignorantiam. et de omnibus man
datis domini que precepit ut non
fierent. quippiam fecerit. si sacerdos
est unctus peccauit. delinquere fa
ciens populum. offerat pro peccato
suo uitulum. immaculatum domino.
et adducet illum ad hostium tabernaculi testimonii coram domino.
ponet que manus suas super caput
eius et immolabit eum domino.
hauriet quoque de sanguine uituli
inferens illum in tabernaculum testimonii. Cumque intinxerit digitum
in sanguinem aspersi eum coram
domino contra uelum
sanctuarii. ponet que de eodem sangu
ine super cornua altaris thymiamatis gratissimum domino. quod est in
tabernaculo testimonii. omnem autem
reliquum sanguinem effundet in ba
sim altaris holocausti. in introitu ta
bernaculi. et adipem uituli offet pro
peccato. tam eum qui operit uiscera. et
omnia que intrinsecus sunt. duos
renunculos et reticulum quod est super
eos iuxta ilia. et adipem iecoris cum
renunculis. sicut offertur de uitulo
hostie pacificorum. et adolebit ea super
altare holocausti. Pelle et omnes
carnes cum capite. et membris sinsu
lis et pedibus et intestinis. et cum fi
mo. et cum reliquo corpore offerent extra
castra in locum mundum. ubi cineres
effundi solent. Incendet que ea super
lignorum struem. que in loco effundi
tur cinerum cremabitur. Quod si om
nis turba filiorum israel ignorauerit
per imperitiam fecerit quod contra
mandatum domini est. et postea in
tellexerit peccatum suum offeret pro peccato
suo uitulum ad ducet que eum ad ho
stium tabernaculi. et ponent seniores
populi manus super caput eius co
ram domino. Immolato que uitulo
in conspectu domini. inferet sacer
dos qui unctus est. de sanguine ei
us in tabernaculum testimonii. tinc
to digito aspersis septies contra
uelum. ponet que de eodem sangu-